de iure communi, quæ debent admitti in
iudicio ordinario liquidationis, tamen de-
bet intelligi modo per nos ſcripto, prout &
ipſe *num.ſeq.* ſe ita explicuit, & declarauit, vt
ſit procedẽdum ſummariè, ſine libelli obla-
tione, aut litis conteſtatione, cùm ſit pars
executionis. tamen voluit dicere, vt omnes
exceptiones, quæ pertinent ad liquidatio-
nem, admittantur, ſcilicet; quæ proueniunt
de natura iudicij.

68 Et ad huiuſmodi liquidationes faciendas
tam reus, quàm actor admittendus eſt, vltra
aliquos ex ſupradictis, probant Ruin.*conſ.*22.
*num.*9.*verſ. tertiò reſpondetur volu.*1. quem re-
ferens ſequitur Petrus Surd. *conſ.*186. *n.*24.
69 *ad fi tom.*2.& executor ad liquidationes pro-
bandas terminum aſſignat de ſtylo Rotæ,
intra quem ſi non liquidatum fuerit, ad exe-
cutionem procedere poteſt, Put. *deciſ.*471.
*in fi. lib.*2. Peregrin. *deciſ.*18. *lib.*2. Put. *deciſ.*
12.*de re iud.*Socin. *conſ.*62.*num.*3. *lib.*1. Aco-
rambo.*deciſ.*8.Rota *deciſ.*112.*in fi.p.*2.*diuerſor.*
Mareſc. *vari. reſolu. lib.*2. *cap.*21. *num.*31. *&*
*cap.*132. *num.*20. *&* 32. & vide quæ nos in-
frà cap. 13. ante fi. verſ. vnum tamen non
omittam, & ſuperiùs à n.69.

70 Ex hac doctrina fluit, quòd ſi executor
admiſſibiles has exceptiones non admiſe-
rit, modum in liquidatione excedere dice-
tur, & ab huiuſmodi admittendarum ex-
ceptionum reiectione, & ab admiſſione re-
iiciendarum, tanquam ab exceſſu legiti-
mam eſſe appellationem, probant gl. *in c. ab*
executione C. quorum appell.non recip. verb.ex-
*cedat.*Rui. *conſ.*8.*num.*2.*volu.*5. Cardin.Tuſc.
*practi.conclu.tom.*1.*lit.A.concl.*4010. & iterum
*ſub concl.*101.Veſtrius *in praxi Roma. Cur.lib.*7.
*cap.*3.*ſub num.*9.*verſ.ſed & inter alios, fol.*196.
*& eodem lib. cap.*5.*num.*9. Rebuf. *in tract. de*
*ſententiarum execu.art.*7.*gl.*12.*n.*2.*& in gl.*14.
*num.*9. Cæſar Contar. *in repetit.l. vni. C. ſi de*
*momen.poſſ.limi.*19.*num.*6 *& quæſt.*24. *num.*1.
& 10. Cæpol. *cautel.*44.*per totam.* Dueñas *in*
*regul.*41.*limi.*1. Ioan.Ferra.*in tract.de appella.*
*cap.*5.*num.*51. Marqueſ. *de commiſſ.*1.*p. c.*24.
*num.*85. Cæſ. Bar. *in deciſ. Bononi.*55. *Domi.*
*num.*11.& per Beroi. Lancelo. Rober. *de at-*
*tent.*2. *p. cap.*12. *limi.*53. *num.*28. Roland. à
Valle *conſ.*43. *num.*6. *volu.*1. plurimos con-
geſſimus in cap.7.hac 4.p.vbi exactiſſimè de
hoc articulo, à prin.

71 Et inſuper conducit, quod dicit Mareſc.
*variar.reſolu.lib.*1. *cap.*86. *num.*9. *&* 10. quòd
iudex executor tenetur admittere omnes
exceptiones releuantes, & propotionabi-
les iudicio executiuo, & quæ de iure com-
muni proceſſui executiuo opponi poſſunt,
& ſi contrà exequeretur, ſignatura denuo
transferret executionem cum appellatio-
ne, ita declaraſſe Rotam, teſtatur ibi ipſe
Mareſcot.

Ex quo inferri poteſt, quòd ſi caprarius, 72
tutor; aut adminiſtrator, fuerit ad reſtitu-
tionem ouium, aut vaccarum cõdemnatus,
& in executione opponat, tertiam, vel quar-
tam earum partem naturaliter periiſſe, quia
talis condemnatus audiri debet, etiam ſi
ſimpliciter probauerit earum mortem, licèt
abſque eius culpa obiiſſe, non probet, tenet
Iſſ. *in l.quod te mihi.num.*11 *ff. ſi certum petatur.*
Eſcob. *in tract. de ratiociniis cap.*18. *num.*32.
vbi probat quòd caprarius, qui certam mer-
cedem recipit pro cuſtodia, non admitta- 73
tur ad ſimplicem probationem; ſed tenetur
ſimul verificare, obiiſſe abſque eius culpa,
in tutore autem, vel alio adminiſtratore,
procedunt ſuperiùs dicta, quia in eis hæc ra-
tio ceſſat, vt latè per eundem Eſcob. videre
per te poteris.

Quò & illud pertinet, quòd ſi condem- 74
natus ad rei fructuum reſtitutionem, oppo-
nat, ſe fructus aliquos non percepiſſe, ad-
mittenda erit exceptio. nam licèt victus fue-
rit condemnatus in fructibus, & pro eiſdem
quoque in literis executorialibus monitus
(cùm tamen generaliter tantùm) poterit ni-
hilominus ipſo in executionis articulo ne-
gare, ſe fructus huiuſmodi percepiſſe, ſi mo-
dò intra terminum executionis ſibi datum,
vel ſaltim anteaquam declaratoria ſenten-
tia contra ipſum proferatur, hanc exceptio-
nem alleget; audietur, elegans Rotæ deci-
ſio 184.incipit *ſicut auditor.de ſenten.& re iudi.*
in nouis, aliàs 183.*fol.mihi* 42.quam ſequitur
& de practica Romanæ Curiæ teſtatur Ve-
ſtri.*in praxi lib.*8.*c.fi. num.*17. *verſ. & licèt fol.*
155. *in fi.& fol.ſeq.* & cum Rota *in deciſ.*5. *in*
fi.aliàs 25.*de reſtitutio. ſpoliato.in nouis.* Nicol.
Mill. *in reperto. verb. attentans, lite pendente.*
*fol.*30. Achill. de Graſſ. *in deciſ.*140. *fructus*
perceptos.in rub.de fructib.expenſ.& intereſſe. &
Put.tenet Lancelo.Rober. *de attenta.*3 *p.c.*31.
*à num.*38. *vſque ad* 41. per quos dicit, quòd 75
ſi condemnatus, etiam attentans probet, ſe
non percepiſſe fructus, ſibi prodeſt ad hoc,
vt contra eum non fiat executio, qui etiam
*num.*41.inquit, hoc eſſe regulariter verum,
quòd contra cõdemnatum in fructibus non 76
ſit exequendum mandatum, quando dat,
& nominat alium, qui fructus perceperit, vt
per Creſcentium *deciſ.*92. Moheda. *deciſ.*2.
*& deciſ.*10.teſtatur ipſe Lancelo. ita deciſum
fuiſſe in Rota in vna Illardenſi liquidatio.
fructuum coram Caputaq. vt in recollectis
per eũdem *deciſ.*237. incipit *fructus.*1.*p.*& ita
etiam tenuiſſe Rot. in vna Pampilo.Priorat.
26.April.1602. coram Domi.Ludoui. quam
ad aliud propoſitum ad literam refert Nicol.
Garcia

Garcia *de benef.*6.*p. c.*3. *n.*113. prout dictum
fuit in hæc: Non conſtare de ſufficienti pari-
tione breuis, quia clauſula (parito) non ſo-
77 lùm importat dimiſſionem poſſeſſionis, ſed
& reſtitutionem fructuum, vt fuit reſolu-
tum in Pampilonen. deciſ.28. Ianuar.1577.
coram D.Blanch.in Hiſpalen. Benef.24.Fe-
bruar.1584. coram domino de Cano, & co-
ram eodem Ludoui. in cauſa Vrgelen. iuris
optãdi 10.Decemb.1601.& de perceptione
fructuum ſatis apparere, ex quo fuit in poſ-
ſeſſione, & non docet, ſe eos non percepiſſe,
nec ab alio fuiſſe perceptos, Cota *deciſ.*14.
fuit dictum in vna Compoſtela fructuum 9.
Martij 1590. coram domino Plat.in Panor-
mitana Archidiaconat.22. Maij 1592. & in
Cõſentina Parochia. 10. Decemb.1592.co-
ram domino Pamph. *&c.*) Hactenus de di-
cta deciſione, & loquẽdo in ſpoliatore con-
demnato, latiſſimè cõprobat videndus Ma-
rius Giurba *deciſ.*39.*per totam.*

78 Et his accedit diſpoſitio text. optimi *in l.*
*Iulian.*17. *§. quod ſi dolo ff. de rei vindica.* quo
dicitur, quòd contra eum, qui rem euicit,
rectè opponi poteſt exceptio illorum fru-
ctuum, quos aliquo tempore euincens per-
cepit, aut rẽ poſſedit, *ibi,* ſed & fructus eius
temporis, quo poſſeſſus eſt ab eo, qui eui-
cit; reſtituere non debet, *&c.*) qui text. non
eſt dubium, loqui de condemnatione facta,
tum cùm loquatur de præterito, ibi, euicit,
abſque N. & quia euictio non dicitur niſi
poſt rem iudicatam, iuxta totum titulum,
79 vbi plura iura, *ff. de euictioni.* & quæ ibi tra-
dunt communiter Doctores, & alibi de eui-
ctione tractantes. quod corroboratur *ex l.*1.
C.de re iudi. vbi probatur, exceptionem (quod
petis, intus habes) poſſe condemnatum op-
ponere poſt ſententiam aduerſus victorem,
& poſt rem iudicatam, vbi Doctores latè
proſequuntur.

80 Et pariformiter dicendum venit de
condemnato generaliter ad fructus benefi-
cij, & in executione opponit, ſe illos in vti-
litatem beneficij conuertiſſe, vt hæc exce-
ptio debeat legitima reputari, ſecundùm
Veſtri. *in praxi Romanæ Curiæ lib.*8.*c. fi. num.*
17 *fol.*158.*ad fi.& ſeq.* ex Rotæ *deciſ.*184.*aliàs*
183.*ſicut auditor de ſenten.& re iudi.in nouis.*

81 Item etiam ſi condemnatus ad fructuum
reſtitutionem, opponat de expenſis in illis
factis, legitima & admittenda exceptio erit
per executorem, fructus enim in ſententia
intelliguntur deductis expenſis, & oneri-
bus pro illis, & illorum occaſione factis. ita
Borgni.Caualca.*deciſ.*27.*p.*2.*num.*75.Rebuf.
*in conſtitutio.regali.tom.*3.*tract.de fructib.art.*1.
*n.*30.*fol.*893.Ariſmin. Tepatus *lib.*1.*tit.de fru-*
*ctib.rei litigioſæ.ante fi.fol.*344.

Et comprobatur, quia lex, ſtatutum, aut 82
quælibet alia diſpoſitiò, loquendo de fru-
ctuum reſtitutione, intelligitur deductis ex-
penſis, & ſumptibus factis, præſertim in cul-
tura, & colligendis ipſis fructibus, volunt
gl.B.& Angel *in l.in fundo.ff. de rei vindic.* gl.
in §. ex diuerſo. verſ. certè illud, & ibi Docto-
res *inſtitu. de rerum diuiſio.* gl. *in c.cum antea.*
verbo, fructus. & ibi Barba.*colu.*2. *de pigno.* Ia-
cob. Areti Beroi.& Alexan.qui adducit con-
cordantes, & alij recentiores *in l.fructus* per
illum text. *ff. ſoluto matrimo.* idem Bar. *in l.*
*cùm quæritur.ff. de lega.*3. Specula.*in tit.de ex-*
*penſ. §.*1. *verſ. expenſæ igitur.* Bal. & Salicet.
in l.ſi quis ſciens. C.de rei vindic. vbi & hoc di- 83
cunt, procedere in malæ fidei poſſeſſore,
idem Bal. *in l.*1. *colu.*3. per illum text. & ibi
Angel.*C.de fructi. & litium expenſ.& in l. nec.*
ad fi. C. de compenſatio. & in c.cum M. Ferra-
*rien.colu.*2. *verſ. ibi prouentus. de conſtitutioni.*
Roma.*conſ.*230 *præſupponitur primò.*Paul.Ca-
ſtren. *conſ.*239. *ſuper hoc facto.colu. vlt. lib.*1.
Franciſc. Areti. *conſ.*17. *conſideratis. colu.*9. &
poſt alios Feli. *in c. ad noſtram colu.*1. *&* 2. &
ibi gl. per illum text. *de iureiur.* & probatur
in l. ſi à domino vel à patre.§.vlt.de peti.hæredi.
l. fundus qui dot. ff. famil. herciſcund. text. *in*
l.diuortio.§. impendia. ff. ſolut. matrimo. vbi gl.
& Doctores. & optimè lex, *quod in fructibus.*
ff.de vſuris. vbi in hæc ſcribitur: quod in fru-
ctibus redigendis impenſum eſt, non ambi-
gitur, ipſos fructus diminuere debere, *&c.*)
& ibi quoque Angel. & per plures colum-
nas latiſſimè, de hoc articulo, ad multos ca-
ſus particulares inde inferens, omnino vi-
dendus proſequitur Tiraquell. *de retractu*
lignagier §. 15. *gl.*1. *per totam,* vbi copioſiſſi-
mè de materia deducendarum impenſarum
ex fructibus.

An & quando in executione ſententiæ, 84
qua quis eſt condemnatus ad rei, & fru-
ctuum reſtitutionem, poſſit exequutor ex-
penſas, & melioramenta in re vel ad rem fa-
ctas, cum fructibus computare, & compen-
ſare, & quomodo, vide latè Aluar. Vallaſ.
*de iure emphyteu. quæſt.*25.*num.*26. Cou.*lib.*1.
*variar. cap.*8.*num* 4. meliùs & latiùs noſtras
Ioannes Garcia *de expenſ. & meliora cap.*22.
*num.*54.Capicius *deciſ.*93. *num.*10. bene ex-
plicat Eſcobar *de ratiociniis c.*16. *num.*33. *per*
totum. quem conſule, & Ioan. Garci.in re
hac, vide Peregrin. *de fideicomiſſ. art.*50.*per*
totum.

Sed an executor excedat, taxando ex- 85
penſas executionis coram eo factas, an verò
debeat remittere ad iudicem ſuperiorem
mandantem, examinant Rebuf. *in conſtitu-*
*tio.Regalib.tom.*3.*tit.de ſenten.execu.art.*7.*gl.*9.
*num.*16.*fol.*221.Veſtri.*in praxi Romanæ Curiæ*

c.fi. quod ego fœdere diſtinctionis compone-
rem, vt mixtus executor, prout eſt, qui co-
gnitionem habet, ad liquidandum, poſſit
abſque dubio illas taxare, quia cui commit-
titur quod eſt plus, committitur etiam quod
eſt minus. Merus autem, qui nihil decernit,
nec iuriſdictionem, aut cognitionem habet,
ſed omnia hæc geruntur à ſuperiore, nec
etiam taxare poterit has expenſas coram ſe
factas, & ita intelliguntur Doctores ipſi.
86 An & quando exceptio paupertatis ex-
cuſet à ſolutione fructuum, vide Couar. *in
practi. quæſtio. q.25. ante fi. verſ. decimo tertio,*
alios citat Lancelo. Rober. *in tract. de atten-
ta.3.p.ca.31.*
87 Et cùm de fructuum, damnorum, ex-
penſarum, & intereſſe liquidatione, & ex-
ceſſu latè fuimus loquuti, de pertinentiis
autem pauca, & ea quidem obiter, operæ-
pretium duxi, illam ingentem abſoluere
difficultatem, quæ rei, de qua agimus, per-
tinet; an ſcilicet de re iudicata lata ſuper
reſtituenda re, quia nihil de pertinentiis lo-
quuta eſt, executor excedat, ſi condemna-
tum exequi velit in pertinentiis, appendici-
bus, & aliis rebus ipſi rei connexis.
88 Quam priùs vt diluamus, vtile quidem,
& exonerоſum erit, (ſaltim remiſſiuè) præ-
mittere, quid, quæque appellatione, & no-
mine pertinentiarum veniant, quarum in
ſententiis ſtatutis, legibus, & aliis qui-
buſuis diſpoſitionibus mentio quotidie ſo-
let fieri. de qua re quoniam plures plura di-
xere, ad illos cuncta dicentes me remittam,
vt ſtudioſus, quidquid ſibi conueniat, eoſ-
dem requirat. Et in primis iura ſunt, & Do-
ctores communiter in illis, ſic *in l. quod in
rerum.§.ſi quis poſt teſtament.ff.de legat.1.l.præ-
diis §. qui domum.ff.de legat.3.l. quæſitum eſt.§.
ſi quis eodem.ff. de fundo inſtructo, & inſtrum.
legat.* omnes Canoniſtæ *in c. cùm ad ſedem.
de reſtitu. ſpoliato.* præſertim Innocen. *ibi.
verſ. & dic quando pertinentiarum nomine,&c,*
Ioannes Andr. *verſ. pertinentiarum autem no-
mine,*&c. Anto. de Butr. *verſ. oppono, quod non
procedat.* Ab. *verſ. ſed nunc quæro.* Cardin. An-
cara. & Immol. *verſ. item aduerte.* Collecta.
num.9. Bal. *conſ.468. verſ. iſtis ergo. volu.5.*
Oldrald. *conſ.10. in prin.* Speculat. *in tit. de
religio. domi. verſ. qualiter autem.* & ibi Ioan.
Andr. *in addit.* Ab. *conſ.62. verſ. ſecundò prin-
cipaliter. volu.2.* practi. Papien. *in libello, actio
realis, in verb. cum pertinentiis ſuis.* Socin. *in
regul.295.* Decius *conſ. DXVI. verſ. & ſicut
Domina.* Maria. Socin. Iun. *conſ.160. num.33.
volu.2.* Cardina. *conſ.47. verſ. ad illud reſpon.*
(dicens, pertinentiarum nomine omnia ea
venire, quæ pleno iure pertinent) Calderi.
conſ.6. de verbor. ſigni. Hoſtien. *in d. c. cùm ad
ſedem. verſ. verumtamen ſi Eccleſia.* Barba.
conſ.57. verſ. ideo cum Innocen. volu.4. Imola
in l.3. & ibi Alexan. *verſ. circa iſtam quæſtio-
nem. ff. de acquir poſſ.* Alexan. *conſ.222. in fi.
volu 3. & conſ. 14. volu.7.* Aretin. *conſ.15.*
Afflict. *in tract. de capita. qui cur. vend. num.8.
in vſi. feudorum.* Iſſ. *in l. fi. verſ. vide etiam. ff.
de conſtitu princ.* Rui. *conſ. 45. volu.1.* Mari.
Soci. iun. *conſ.160. num.32. volu.1.* Corneus
conſ.321. verſ. pro deciſione. volu.4. Pariſ. *con-
cluſ. ſuar. lib.5. regul.37.* Boër. *deciſ.50. colu. pe-
nult.* Natta *conſ.506. à num.98. & ſuprà lib.3.*
Roderi. Xuar. *alleg.7. à num.13. & ſuprà.* Cra-
ueta *conſ.895.* Rolan. à Valle *conſ.10. à n.34.
lib.3.* Cepha. *conſ.3. num.42. lib.1.* Meno-
chius *conſ.378. à num.26. & conſ.145. num.24.*
Roderi. Xuar. *allega.8. num.14.* & ibi eius ad-
ditio. Baldez. Matien. *in l.1. tit.10. lib.5. recopi.
gl.12.* Gregor. Lop. *in l.26. tit.2. p.3. gl.1. & l.9.
tit.4 p 3. gl.5.* Aluar. Vaſq. *de iure Emphy q.51.
num.3.* latiſſime etiam per Cardinal. Tuſc.
practi. conclu. litera P. concl.323. per totam, (vbi
ſe ipſum ad alios remittit.) Burſat. *conſ.5. n 7.
24. & 25. tom 1.* multa per Bertachi. *in re-
perto. verb. pertinentiæ.4. p.* Tiraqu. *in tract. de
retra. lignag. §.36 gl.3. à nu.4.* & idem *in tract.
de primogenitura q.73.* latè Anton. Gabri. *lib.
6. commun. conclu. tit. de verb. ſig. concl.10. per tot.*
Andr. Gaill. *lib.2. obſeruat.63.* copioſè etiam
& vtiliter per Manti. *in tract. de contracti. tom.
1. lib.4. tit.14. à n.32. fol.204.* exactè Menoch.
*in tract. de præſumptio. lib.3. præſumpt. 99. per
tot. tom.1.* apud quos plenè, & vſque ad refe-
ctionem, quid nomen pertinentiæ in ſe
comprehendat, & multa de pertinentiis, &
connexis, & eorum natura latè Micres, *de
maioratu. 1. p. q.10. à n.90. cum ſeqq.*
Quod attinet tamen ad noſtram propoſi- 89
tam quæſtionem, videtur dicendum; exe-
cutorem minimè excedere, ſi etiam ſen-
tentiam ſuper pertinentiis rei exequatur. Et
moueor primò, quoniam pertinentiæ ſunt
appendices rei principalis, vt dicit Tiraquel.
*in tract. de retract. lignag. §.36. gl.3. num.4. in
princ.* & dicuntur annexæ & connexæ rei
ipſi, & eiuſdem naturæ cenſeri, ita *per l. quæ
religioſ. ff. de rei vindi.* dicit Natta *conſ.446.
num.1.* Immol. *in l.3. circa finem prin. ff. de ac-
quir. poſſeſſ.* Petr. Surd. *in conſ.135. num.4 & 5.
tom.1.* & videntur rei principali ſeruire, tan- 90
quam quid acceſſorium, Silua. *conſ.58. nu.7.*
Surd. *vbi proxi. num. 5.* Rot. *deciſ.100. ex
nouem num.10 p.1. diuerſo.* Innocen. *in c. cùm
ad ſedem. num.1. & 2. de reſtitu. ſpolia.* Gratia.
in diſcepta foren. tom.1. cap.333. num.12. Cardi.
Manti. *de contra. tom.1. lib.4. tit.14. n.33.* poſt
Ab. & Alexan. Cardin. Tuſc. *vbi proximè per
multos numeros.*
Et faciunt, quoniam illa dicuntur de 91
pertinen

pertinentiis, quæ aut lege, ſtatuto, homine,
aut conſuetudine ad vſum alicuius rei ſunt
deſtinata, cui vt acceſſoria accedunt, ita In-
nocen. *in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpolia.* Bal. *in
rub. de iudiciys num.11. verſ. quæro pet.* Soci.
Senior *conſ.47. num.4. lib.1.* Decius *conſ.516.
num.23.* Crauet. *conſ.234. numer.2. verſ.2.*
Cardin. Manti. *tract. de ambigui. conuen. lib.4.
tit.14. num.32.*
92 Sed diſpoſitiones, quantumuis ſtricti ſint
iuris, loquentes de re principali, locum ha-
bent, & extenduntur, ad connexa, & appen-
dices eius. text. eſt *in l. Lucius. §. Paulus reſpon-
dit verſ. nulla neceſſitate,* & ibi valde notat
93 Bal. *ff. de adminiſt. tuto.* vbi promiſſio facta per
fideiuſſionem (quæ eſt per ſtipulationem, &
ſic ſtricti iuris, ſecundùm Niconi. mox ci-
tandum) de geſtis in tutela per tutorem,
94 extenditur ad geſta extra tutelam, quæ ſunt
connexa ratione tutelæ, ſequitur Iſſ. *in l.1.
§. rationem in fi. ff. de edendo.* & poſt alios Fran-
ciſ. Niconi. *in repeti. c. quoniam contra à n.441.
de probatio.* & pulchrè faciunt quæ nos c.11.
à num 31. & ipſe Niconi. citat. text. dicit
ſingularem *in l. cogendum §. fi. ff. de procura.*
95 quo dicitur, quòd habens mandatum (quod
eſt ſtricti iuris) ad actum extraiudicialem,
intelligitur, illud habere mandatum occa-
ſione illius actus, ad agendum in iudicio, &
ità in propoſito ſubtiliter notat Aretin. *in l.
Gall. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.*
96 *colu.3. in medio, verſ. tertio modo.* quia quæ
non poſſunt, niſi connexè produci, non
poſſunt niſi connexè tolli. *l. tria prædia. ff. de
ſeruit. ruſti. præd.* Socin. *in l.1. colu.95. ad fi.
verſ. quartò moueor. num.55. & colu.106. in fi.
ff. de vulgari & pupilla.* Bal. *in l. fi. q. penult. C.
de inſtitu. & ſubſtitu.* B. *in pri. q per eum diſpu-
tata,* incipit, *Lucanæ ciuitatis ſtatuto cauetur.
colu.3. in prin. verſ. decimò probatur.* allegans
*l.1. t.1. ff. de adimen. leg. l. per ſeruum. §.1. in fi. ff. de
vſu & habit.* Iſſ. *in l. quemadmod. ff. de acquir.
poſſ. & in l. quod iuſſit, colu.3. num.12.* alia alle-
gans. *ff. de re iudi.* Bal. *in l. ſi ita ſcriptum §. regu-
li.* per illum text. *ff. de liber. & poſt.* facit bo-
na doctrina Immol. *in cum M. Ferrar. de con-
ſtitu. colu.18.*
97 Facit etiam, quòd licèt diſpenſatio odio-
ſa ſit, & propterea reſtringenda, text. *in cap.1.
in fi. de fil. presbyter. in 6.* gl. *in c. ordinarij de off.*
98 *ordinarij in 6.* (ex mox citandis) & tamen
vbi ſumus in connexis, talis diſpenſatio ex-
tenditur ad non expreſſa, gl. eſt, quam ibi
commendat nota. Ab. *num.4. in c. quia in
tantum. de præbendis. verbo, plures.* ſequitur Iſſ.
in l.1. in prin. ff. de tranſact. Anto. *in c. cùm in
cunctis. colu.7. de electio.* Iſſ. *in l. beneficium.
colu.7. num.44. ff. de conſtitu. Principum.* Soci. *in
rubr. ff. de liber. & poſth. num.11.* optimè gl. &
ibi Butr. *in c. quia iuſtum. de præbend.* Mare-
ſcotus *variar. reſol. lib.2. cap.24. num.6.* Man-
do. *in regul.20. Cancellar. quæſt.7. num.3.* Vil-
lalo. *in ſumma tract.2. difficul.44 n.9.* faciunt
etiam quæ latè cumulauit Petrus Surd. *de-
ciſ.212. à num.8. cum ſeqq.* vbi de fideiuſſio- 99
ne, quæ (licèt ſit ſtricti iuris) extenditur ad
acceſſoria, & ea omnia, quæ adhærent, &
accedunt rei principali, plures Doctores
allegans, & plurima fundamenta, exempla,
& doctrinas, quæ hanc partem miro modo
comprobant, & corroborant, vide latiſſimè
per Auiles *in c. prætor. cap.1. à numer. 9. cum
multis ſeqq.*
Et corroboratur hæc pars, quoniam pro- 100
curator non dicitur excedere fines man-
dati, apponens manus ad connexa manda-
to, ita conſuluit Paul. Caſtren. *conſ.30.* ſequi-
tur Iſſ. *in l.1. colu.1. poſt medium. C. de tranſactio.*
quos ſequitur Franciſ. Niconitius *in repeti. c.
quoniam contra. de proba. num.856.* & eo etiam 101
comprobat, quia tranſactio (quæ pariter eſt
ſtricti iuris) facta ſuper vna re, ad aliam ex-
tenditur ratione connexitatis, per gl. nota.
in c. accuſatus. in verſ. indican. de hæretic. in 6.
quam valde notat Paul. *in l. ſi certa. C. de
tranſactio.* Ancar. & Immol. *in l. qui Romæ.
§. duo fratres. de verbor. obliga.* Iſſ. *in l. ſi ex falſ.
num.4. C. de tranſactionibus. & in l. more. col.9.
num.56. ff. de iuriſd. omni. iudic. & in l. ſi quis ex
argentariys. §. rationes. in fi. ff de edendo, & in l.
ſi vnus. §. ante omnia. in fi. ff. de pactis. & in l.
tres fratres. colu. fi. ad fi. ff. de eo quod certo loco.*
latè Petrus Surd. *conſ.265. à num.17. & ſuprà,
à prin. tom.2.*
His accedit, quòd alicuius rei facta ven- 102
ditio extenditur, & trahitur ad rem acceſſo-
riam & cohærentem, & pertinentem, vt per
*l. Seiæ §. Tyrannæ. de fundo inſtruc. & inſtrum l.
prædiis. §. fi. de lega.3.* & vtrobique B. Alber. &
cæteri Doctores, tenet Anto. Gam. *tom.2.
variar. cap.2. num.13.* qui bene explicat text.
in l. ſed adeſt. §. ſi quis mulierem. ff. locati.
vbi Paul. & Doctores, text *in l. in rem actio §.
item quæcunque. ff. de rei vindic.* text. *in l. ple-
rung. ff. de ædili. edicto. l. ſi vt certò §. vſque adèo
ff. commodati. l. quamuis ff. de precario. l. cum auro.
ff. de auro & arg. leg. l. poſſeſſionū. C. comm. vtriuſ-
que iudicij.* Guillel. de Cunis *in l. ſi vt certo §.
vſque adeò. ff. commodati.* & ibi Alberi. de Roſſ.
Fulgoſ. & cæteri Doctores, Angel. & alij
Doctores *in l. eum qui. §. non ſolùm ff. de furtis.*
Bal. *in c. tranſlato. de conſtitu. num. 3. colu.1.*
Anto. Gom. *vbi proximè,* qui loquuntur in 103
ancilla, equa, vacca, aut oue ſimpliciter ven-
dita, quòd intelligitur, etiam ſi non expri-
matur, vendi pullus, vitulus, & agnus ea-
rum, ſi adhuc lactatur, quia iudicatur vna,
& eadem res, & acceſſoriè adhæret matri,

 ſecus

ſecus quando non lactatur, ſed paſcit herbam, & alitur per ſe, quia iudicatur res diſtincta, & deperſe, non autem quid acceſſorium, & adhærens matri, ad quam diſtinctionem reducendam eſſe *l.lega.§ fi.verſ.omnibus ff.de legatis* 3.

Et ex hac ratione probat text. *in l. ædiles la 2. verſ.1. ff. de ædili. edicto.* dicunt ibi Odofred Bal. Angel. Salicet. Fulgo. & communiter Doctores, & *per §. vendidi, eiuſdem legis l. eum qui §. non ſolùm. ff. de furtis.* Guillel. Alberi. & alij communiter *in l. ſi vt certo §. ſi vſque adeò ff. commoda.* Bal. Salicet. & alij Doctores *in l.2 C. de ædili. actio.* Anto. Gom.
104 *tom.2. var. cap. 2. num.15.* quòd ſi venditur mula, vel equus, venit etiam ſella, & frænum, & alia ornamenta, quibus tempore contractus equus emptori oſtenſus eſt, quia hæc ornamenta accedunt acceſſoriè, & cohærent rei venditæ, quoniam quando ali-
105 qua res alteri accedit, & cohæret, iudicatur vna, & eadem res, & non debet ab ea ſeparari, text. *in l. in rem actio §. item quæcunque ff. de rei vindi.*

106 Hinc quando res prohibita è Regno extrahi, publicetur, quia cadit in commiſſum, publicatur etiam, & in commiſſum cadit, currus, nauis, mulus, ſaccus, quibus exportatur, quoniam licèt hæc non ſint de mercibus prohibitis; tamen tanquam acceſſoria etiam publicata ſunt, ita probat text. *in l. cotem ferro. & Dominus nauis. ff. de publi. & vecti.* magnam Doctorum cateruam congeſſit ad hoc Bobadill. *in politi. lib.4.c.5. à n.35.*

107 Quod & eo fortius redditur, quoniam ſententia lata ſuper re, aut bonis, quibus adhæret & eſt annexum ius patronatus, comprehendit etiam ipſum ius patronatus, in conſequẽtiam & acceſſoriè, eiúſque virtute in victorem tranſit, vt in vno plures referunt latè per Nicol. Garciam *de benef. 5. p. cap.9. num.27.* & exactiſſimè quamplures
108 congerens *à num.25. cum multis ſeqq.* teſtatur idem eſſe in ſententia confiſcationis bonorum, quibus adhæret ius patr. quo loci *& in 5. p. cap.5. à num.9. cum multis ſeqq.* plurimas adducit doctrinas, & effectus reſultantes ex
109 hac connexitate, & cohærentia iuris patronatus, qui quidem rei de qua agimus rectè conducunt, quas per te vide.

110 Et ex prædictis infert Franciſ. Niconitius *in d. repeti. c. quoniam contra. de probatio. n.857.* quòd ſententia nedum parit exceptionem rei iudicatæ in rebus proſequutis, ſed etiam in pertinentiis, & appenditiis proſequutorum, allegat text. (quem dicit notabilem) *in l. ſi cum tibi. C. de iudi.* quem ibi ſingularem vocat ad propoſitum B. qui ſequutus à Salicet. *ibi*, illum text. ita ſumunt (licèt ſententia generalis non nocet in ſpecie non proſequuta, nocet tamen in appenditiis proſequutorum) licèt Alexan. ibi aliter ſumat ſecundùm eius verum intellectum (vt aiunt) vt ſententia lata ſuper certa ſpecie iudicij generalis, nocet in omnibus eius acceſſoriis, vel dependitiis, licèt ſuper eis non fuerit diſceptatum, & hunc intellectum ad illum tex. retinet gl. *ibi verbo, non poſſe*, communiter recepta per Bart. Bal. Paul. Caſtren. Salicet. Alexan. & Iſſ. *ibi* idem tenet ipſe Iſſ. *in l. licèt verſ. tertio C. de iudicijs. & in l. non egimus. num.2 ff. ſi quis cautionibus.* Bart. *in l. Aurel. §. Caius in fi. ff. de liber. legat.* facit text. *in c. inter dilectos.* & ibi Immol. quem citat Niconiti *vbi proximè.*

His adde conſilium Alexan. 23. *num.6.* 111
lib.5. quo dicitur, quòd ſententia lata ſuper re petita, intelligitur etiam lata ſuper acceſſoriis, & ab ea dependentibus, licèt in ea ſpecialiter nõ exprimantur, per quod conſilium ita pluries determinauit Rota Romana, vt teſtatur Proſper. Fari. vt ex recollectis per eundem eſt deciſio DCCCLVI. & deciſio DCCCLIV. *fol.*478. & deciſio DCCCLXVI. quibus dicitur, quòd ſententia in fauorem præpoſiti lata ſuper reſtitutione ſedis præeminentioris, extenditur, & exèquitur in aliis præeminentiis, de quibus actum non fuit. de quibus deciſionibus nos latiſſimè egimus ſuprà c. præcedenti num.19. verſ. hinc ad particulares quæſtiones, *&c.* quæ omnia hîc applicari poſſunt. Et facit inſuper quod dicit Ab. *in conſ.89. in quæſtione. colu.2. in prin. verſ. nec obſtat ſi dicatur. lib.1.* quem referens ſequitur Cardi. Tuſc. *practi. conclu. lib.7. litera S. concl.226. num.111.* Paul. Caſtr. *conſ.275.*
ad primum in prin. lib.2. dicentes, quòd ſi 112
ſententia declarat Caſtrum eſſe ciuitati ſubiectum, & eſſe de aliquo comitatu, cenſetur declarare vt teneatur contribuere ad onera ciuitatis, quia eſt appendix, & acceſſorium ad ſubiectionem declaratam, & ab ea dependens.

Et quòd ſententia lata in principali ex- 113
tendatur ad connexã, pertinentia, & adhærentia, in terminis etiam tenet Hippoly. de Marſi. *in repeti. rub. ff. de fideiuſſ. num.187. & per d.l. cum tibi.* & B. *ibi.* idem tenet expreſsè doctiſſimus Auil. *in c. prætor. cap.1. num.17.* qui *à num.9.* poſt gl. *in c. licet ergo. 8. q.1. & l. fi. § fi. ff. manda.* Alex. *in conſ.40. num.11. volu. 5.* Innocen. *in c. dilecto de reſcrip.* & Hippoly. de Mar. *vbi ſuprà num.189.* & Feli. *in c. ſuper literis. colu.13. de reſcrip.* rectè comprobat Mari. Giurba *deciſ.108. ſub num.9.* per Bal. doctrinam, quam ſequitur Caſtren. *conſ.306. volu.2.* Peregri. *deciſ.118. num.3.* Gaill. *lib.1. obſerua.128. num.8.* cuius rationem reddit ex

aliis

aliis Giurba *ibi, nu.7.* videndus. firmat etiam Vincentius Carocius *exceptio.126. num.8.* &
114 in regula *cùm quid. p.1. limi.4.* & docet ipſe Auile. quòd ſi iudex ponit manus ad connexa mandato, non dicitur excedere finem mandati, vbi in comprobationem plurima elegantia adducit fundamenta, & doctrinas, & poſt Felin. Innocen. Bald. & alios, idem repetit *in n.27. cum ſeqq.* quem omnino vide, & Hippolytum de Marſi. *vbi ſuprà.*

115 Et inſuper probatur, quia licèt ſententia aliàs ſit ſtricti iuris, extenditur ad augmentum, vt *per l. ſi opus.* & ibi Alberi. *ff. quod vi aut clam. l. quamuis.* iuncta gl. *in verb. perinde. ff. de bonis authori. iudi. poſſiden. l. cùm patro. §. quamuis in fi. reſpon.1.* cum concordanti. per Tiraqu. *lib.1. de retract. §.1. gl.18. num.53. pag.358.* quos ſequitur referens Mieres *in tract. de maiorat. 1. p. quæſt.10. num.20. in nouiori impreſſione.*

116 Et quòd ſententia extendatur ad connexa per text. *in l. ſi cum tibi.* vbi B. *C. de iudic.* notat Hippolyt. *in rubr. ff. de fideiuſſ. num.187.* Auil. *in cap. prætor cap.1. num.17. fol.28.* latè Tiraquell. *in tract. res inter alios pag.26.* per quem ita affirmat Mier. *vbi proximè nu.124.*
117 & quòd vbicumque profertur ſententia ſuper dominio caſtri, cenſeatur data ſuper iuriſdictione, quæ caſtro cohæret, reſoluit Eguid. Boſſ. *in voto practicæ crim. vt de Principe num.255.* Capicius *deciſ.22. num.36.* ſententiam autem Baldi *in d. §. è contrario.* ſequitur gloſſ. Pari. *in conſuet. Pariſien. p.1. §.1. gloſſ.5. num.44. fol.32.* & quòd ſententia lata ſuper comitatu ſiue abſolutoria ſiue condemnatoria proſit, & noceat in molendinis, & aliis acceſſoriis, ſeu connexis, ſubintellectis ſub principali, pulchrè comprobat in noſtris terminis Marius Giurba *d. deciſ.108.*
118 *ſub nu.9. verſ. reſpon.3. & n.7. fol.391.* Et idem dicendum de re incorporata, quia incorporatio omnia comprehendit. Mieres *vbi proximè num.125.* Quintilia. Mandoſ. *in regu. Cance.12. num.6. fol.66.* vide Tiraquel. *in l. ſi vnquam. verbo, donatione, ſub nu.192.* vbi quid dicatur ius incorporatum.

119 Et quando bona dicantur augmentata in maioratu, & quando eodem iure iudicentur, & quando eorum fiat incorporatio maioratus, quando augmenta cenſeantur eſſe de maioratu, & eius regulis iudicari, ac comprehendi, tanquam connexa, & inſeparabilia, vide latiſſimè plures relatos magnam copiam doctinarum cumulans, per Mier. *de maioratu 1. p. quæſt.10. per totam.* vbi plura elegãtia *in nouiori impreſſione.* & vtrunque Moli. alter *de primogeneis lib....c....à n....* alter & Theologus *de iuſtitia & iure in tract. de maioratu.*

Quibus conuenit, quod dicit Mareſco. 120
variar. reſolu. lib.1. cap.87. num.25. quòd ſi ſententia lata eſt in iudiciis vniuerſalibus generaliter, faciat rem iudicatam in omnibus pertinentiis, poſtmodum in executione liquidatis, & declaratis, adeò vt clauſula (pa- 121
rito iudicato) quoad illas pertinentias, etiam non expreſſas in ſententia, ſed tacitè ſubintellectas à iure operetur, iuxta Rotæ deciſionem 100. *num.14. iuncto num.35. p.1. diuerſor.*

Hinc etiam condemnatis ciuibus alicuius 122
ciuitatis, intelliguntur etiam condemnati habitatores alicuius caſtri, quod eſt de comitatu ipſius ciuitatis, quoniam ciues illius ciuitatis dicuntur comitatiui caſtri. Hanc doctrinam tenet Bart. *l.2. in prin. num.6 ff. de verbor. ſignifi. per l. ciuitatibus: de legat.1. l. ciuitas. ff. ſi cert. petat. l. ciuitatibus. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.* ita vt ſi ſimus in materia & cauſa communi ciuibus & comitatiuis, tunc verius eſt, vt comprehendantur comitatenſes in ſententia condemnante ciuitatem, prout declarat Feli. *in c. Rodulf. colu 9. poſt medium. num.9. de reſcrip.* Rebuf. *in l.2. colu.5. in fi. verſ. denegatur in materia congruenti. ff. de verbor. ſignifi.* Gratia. *in diſceptationi-* 123
bus forenſ. cap.207. num.7. qui *à num.2.* latè comprobat, quòd appellatione ciuitatis veniunt caſtra, & villæ.

Ex quibus quidem libentiſſimè moueor, 124
hanc partem, & ſententiam amplecti, vt exequutor rei iudicatæ latæ ſuper re reſtituenda, non excedat; ſi eam exequatur in pertinentiis, & appendicibus, pertinentibus, & annexis, augmentis, & cohærentibus ipſi rei, etiam ſi in ea non exprimatur. cum hoc tamen temperamento, vt illæ pertinentiæ, ſaltim in genere ſint antea petitæ, iuxta ea quæ latè diximus ſuprà in c. præcedenti à num.33. licèt aliàs ferri poſſit ſen- 125
tentia ſuper connexis & dependentibus, etiam non petitis. *c. inter dilectos.* & ibi Immol. *de donatio.* Franc. Niconi. *loco ſuperiùs citato num.871.* & poſt alios Auiles *in d. c.1. prætor. num.14. & 15.* quia ſententia ſuper eo, quod venit ex natura, & aptitudine propoſitæ actionis, valida eſt, quia petitioni ineſt, Eſcacia *de appella. quæſt.11. num.23.* & ex Fel. Abb. & aliis Maſcard. *conclu.118. num.51.* & in terminis Giurba *deciſ.108 n.7.*

Et pro complemento huius pertinentia- 126
rum articuli aduertere debes, quòd verbum (cum pertinentiis) eſt vniuerſale ſui natura. *l.1. §. cùm vrbem. ff. de off. præfecti.* Innocen. *in c. cùm ad ſedem. ad fi. C. de reſti. ſpoliato. & in c. ex literis. de iure patrona.* apta comprehendere honores, onera, ſeruitutes, & omnia, etiam neceſſaria ad rem ipſam principalem,

notatur

notatur in l. rerum appellatio. ff. de verbor.
ſignif. Bal. conſ.245. volu.3. Innocen. vbi
proximè. & poſt alios Burſa. conſ.5. numer.7.
tom.1. & vt in propoſito inquit Mantica
de contracti. tom.1. lib.4. tit.14. numer. 32.
127 quòd verbum (pertinere) latiſſimè patet,
iuxta l. verbum illud pertinere ff. de verbor.
128 ſignifi. in tantum quòd conceſſio rei cum
pertinentiis dicitur incerta, & parum profi-
cit, niſi limitatè, & quid aut quantum de
eis probatur, vt notatur per ſcribentes in l.
legaui. ff. de liberatio. leg. & in l. ſi ſic. vbi B. ff.
de leg.1. Alexan. conſ.55. volu.4. & conſ.187.
num.9. volu.2. Mandoſ. copioſas Cotas ad
Romanum conſ.336.num.2.verb.appareat, la-
tè Burſa in conſ.5. num.24. & 25. tom.1. Soci.
Iunior conſ.166.num.32.volu.2. Cæphal.conſ.
250.num.16.& poſt Immol. Alexan. Iſſ. Pari.
de Put.& alios bene probat Petr. Surd. conſ.
135.num.59.& 60.tom1.

129 Ac propterea cùm res principalis de iure
communi non habeat certas acceſſiones li-
mitatas, pertinentias, appendices, & alia ac-
ceſſoria, niſi ab homine, aut conſuetudine
ſint attributa (vt dictum eſt ſuperiùs, & latè
per Doctores citatos hactenus) certè onus
130 probandi incumbit ei, qui dicit ea, de qui-
bus contingit dubitari, eſſe, & inter rei per-
nentias computari, Aym. Craueta conſ.480.
n.1. Cardinal. Manti. vbi ſuprà d. lib.4. tit.14.
ſub num.31. verſ. ſed cum caſtrum. tom.1. & id-
circo rectè dicit Gratia. in diſcepta. foren. tom.
1.cap.333.num.9.cum ſeqq. præſertim 12. poſt
Innocenti. in d.c.cum ad ſedem num.1. & 2.
131 de reſtitutio. ſpoliato. quòd lata ſententia ge-
nerali ſuper pertinentiis, executio eiuſdem
fiet tam pro principali re, quàm pro perti-
nentiis, quæ liquidabuntur, & quæ pars pro-
bauerit, ad rem ſpectare, & pertinere, facit
etiam Rotæ elegans ſæpe repetita deciſ.100.
per totam, p.1. diuerſo. poſt Romanum conſ.211.
n.5. Roma. conſ.22.n.2.lib.1.

132 Illud tamen generaliter in materia liqui-
dationis præ oculis habere debes: vt teſtes,
inſtrumēta, & aliæ omnes probationes, quæ
in iudicio principali fuere adductæ, & præ-
ſentatæ, pertinentes ad liquidationem, pu-
ta, quia illis verificatum eſt ſpecialiter, quot,
& qualia bona in hæreditate remanſerint
tempore mortis defuncti, vel quæ res ſint
pertinentiæ, & appendices, ſeu connexæ, &
acceſſoriæ, quot fructus percepti fuêre, &
de eius vero valore ſingulis annis, aut ſuper
æſtimando damno & intereſſe, &c. rectè
poſſunt iterum reproduci in liquidatiône,
& via executiua cartæ executoriæ, & omni-
no proſunt. vt loquendo in iudicio petitio-
nis hæreditatis, & in executione ſententiæ
vniuerſalis, latæ ſuper eadem exactiùs com-
probat, & proſequitur Afflict. deciſ.35. per
totam. Imò tenet, quòd propter periculum 133
ſubornationis (quod etiam in hoc iudicio
liquidationis locum habet) liquidatio fa-
cienda eſt per antiqua acta, teſtes, & proba-
tiones (ſi qui ſunt teſtes) & non ex nobis
propter dictum periculum, allegat ad id
Offred.& ideo conſulit Gutier. de iuram. con-
firmatorio. 1.p. c.1.num.32. motus ex doctrina 134
Afflictis, quòd quando liquidatio fuerit ad
executorem remiſſa, ſit cautus aduocatus,
vt præcipiat parti, vt in executoria inſeri fa-
ciat dicta teſtium, qui congruentiùs, aut
meliùs depoſuerunt in cauſa principali cir-
ca valorem fructuum, damni, aut intereſſe,
ne aliter aperiatur porta teſtium ſuborna-
tioni. ſequitur Muñoz de Eſcob. in tract. de
ratiociniјs. c.23.num.26. & ſuprà. vterque ta-
men iudices admonet, vt ſi aliquo modo ex
proceſſu cauſæ principalis aliquam quanti-
tatem certam debitam deducere poſſint, ex- 135
plicitè reum in illam condemnent, ne hu-
iuſmodi iudicibus executoribus liquidan-
dam remittant vel reſeruent, ex eo ſiquidem
(vt experimento cognouimus) magnum par-
tium diſpendium euitabunt, quo etiam le-
giſlatoris præceptum, & deſiderium adim-
plebunt, qui hoc ipſum ipſis præcipiendo
commendauit (nec id ſine myſterio) in l.55.
tit.5.lib.2.recopil. quod & idem animaduertit
Ioan. Garcia de expenſ. c.24.num.7.

Nunc tractemus de executore rei iudi- 136
catæ, qualiter ſe debeat habere, quoties quis
eſt condemnatus ad reſtitutionem frumen-
ti, vini, vel ſimilium fructuum debitorum,
an poſſit compellere condemnatum ad ip-
ſos fructus, an ad eius æſtimationem, quali-
térque hæc creſcat æſtimatio. In quo illud ſe
offert dicendum, quòd aut quis condemna-
tur ad reſtitutionem fructuum in genere, vt
tot menſuras tritici, viníque; & tunc non
deuenitur ad æſtimationem, ſed in ipſis fru-
ctibus in ſpecie facienda erit executio, niſi
conſtet, non ſtare, aut ſolui non poſſe, quia
iis caſibus deueniri poteſt ad æſtimationis
executionem, poſt alios Caluacan. deciſ.27.
num.2.& 3.p.3. quibus adde, quę exactè con-
geſſimus ſuprà hoc lib.4. c.5. num.33. verſ.
inſuper ſuperiùs propoſitam, &c. & iſto ca- 137
ſu propter moram ab ipſius tempore creſcit
ſemper æſtimatio, & valor fructuum, & ſic
intelligitur l. vinum, cum ibi notatis ff. ſi cert.
petat. Genuenſ. deciſ.117.num.30. Gaſpar Ro-
drig. de annuis reddi. lib.1. quæſt 11.num.29.

Aut condemnatus debet fructus in ſpe- 138
cie, vt puta; quia illos ex alieno fundo per-
cepit; & tunc aut ſtant, ſeu præſumuntur
ſtare, vt quia ſunt recollecti intra triennium,
l.1. & ibi gl. C. ſi aduerſus vſucap. vel intra
annum

annum (in regione in qua regulariter, vlte-
riùs non ſeruantur) aut ſunt conſumpti.
Priori caſu condemnatus tenetur fructus
reſtituere, aliàs ad æſtimationem quanti plu-
rimi deueniendum erit, niſi debitor proba-
ret conſumptos abſque eius culpa, ſecun-
139 dùm Rodrig. vbi proximè. Si verò conſumpti
ſunt à debitore, tunc tenebitur ad æſtima-
tionem habito reſpectu ad illorum tempus
perceptionis, aut conſumptionis, ſecundùm
Ananiam conſ.38.num.3. Bal. in l.2. in fi. C. de
fructi. & litium expenſ. Menoch. de recuper.
poſſ. rem.15.num.660. Gaſpar Rodrig. d.c.12.
ſub num.29. Cancer. vari. reſolu. in 3. cap.1. de
actio. & oblig. num.182. Natta conſ.599.n.4.
Ruin. conſ.56. num.3. volu.2. Suarez recept.
ſenten. verbo, fructus num.346. Rolh. exerci.16.
num.20. Eſcacia de iudiciis lib.1. cap.38. num.9.
Couarru. lib.1. varia. cap.3. num.7. Sfort. conſ.3.
num.6. Rendin. in prompt. iur. tit.90. de præ-
ſumpt. num.4. Neguſan. de pigno. p.5. memb.5.
num. 12. verſ. adde tamen. Cagnol. in l. ſin-
gularia. num.139. ff. ſi cert. petat. Lamberteng.
de contractib. muli. gl.1.num.221. & 246. Boui.
de ſtatut. verbo, præſumptio. gloſ.1.num.18. in fi.
Barboſa in l. diuortium §. interdum num.43. §.
ob donationes num. 42. ff. ſoluto matri. Gra-
tian. diſcepta.42. num.50. Gualt. de tuto. p.3.
rub.2.nu.54. Auill. in c. prætor. cap.10. gloſſ. exe-
cution. nu.29. Tepat. lib.1. var. tit. de fruct. in
gener. colu.7. in prin. Anto. Sola. ad decret. Sa-
baud. tit. de cenſib. gl.1.p.4.num.2. Alb. conſ.182.
num.35. apud quos omnes videre poteris, an
& quando fructuum æſtimatio creſcat, & de
eleganti diſtinctione præ cæteris videndus
eſt omnino Marius Giurba deciſ.115. per to-
tam, ad quem te libenter remitto, quia tra-
ctat mirabiliter, & de præfata diſtinctione,
clarè poſt alios Doctores explicat, Eſcobar
in tract. de ratiociniјs. cap.17. à num.7. vſque ad
140 24. vbi doctè quidem, quādo creſcat vel de-
creſcat valor fructuum, vel quando æſtima-
tio quanti plurimi ſit in ſentētiæ executione
facienda, & quod tempus ſpectandum ſit, &
attendendum, vt æſtimatio quanti plurimi
locum habeat, an conſumptionis veræ, vel
fictæ, an perceptionis, & de aliis infinitis dif-
ficultatibus, quæ incidere ſolent in execu-
tione rei iudicatæ, ad liquidandos fructus,
ad quem & ab ipſo relatos te remitto, quia
bene loquitur, & peritè, Caual. tract de tuto-
re à num.235. cum ſeqq. Petrus Surd. deciſ.81.
tractat etiam nonnulla Roderi. Xuar. in l.
poſt rem in declaratio. l. Reg. ad fi. operis §. quæri-
tur vlteriùs quæſt.8. Pulchrè etiam & latiſſi-
mè de hoc articulo poſt plurimos Giurba
deciſ.115. per totam. Gratia. diſcept. foren. c.243.
à num.56. Moder. de proceſſi. executiuis 1.p.
cap.2.num.103. Peregri. deciſ.61. num.4. Ca-
ualcan. deciſ.27.num.6.p.3. Menoch. de adipiſ.
rem. num.121. & conſ.1111.num.43. Fab. Ann.
conſ...num.24. Lupuz de vſuris comment.3.§.6.
num.145. Tuſcus lit. F. conclu.492. à num.5.
cum ſeqq.

Poſt conſumptionem autem non creſcit 141
æſtimatio, quia fructibus iam conſumptis
non dicitur debitor fructuum, ſed æſtima-
tionis eorum. arg. text. in l.1. C. de diſtractio.
pignor. vbi ideo conſumpti fructus compen-
ſantur, & debitum extenuant, quia iam non
cenſentur fructus, ſed quantitas, ita docet
B. in l. eum qui. ff. de his quibus vt indignis. idem
Bart. in l. diuortio. §. ob donatio. in fi. ff. ſoluto ma-
trimo. Boëri. deciſ.68. num.2. Socin. conſ.82.
num.27. lib.4. latè Caualca. de tutore à n.226.
cum ſeqq. & Gaſpar Rodrig. vbi ſuprà num.29.
ad fi. vbi adnimauertendum hoc eſſe, aſſe-
rit, maximè ab executoribus executorialiū,
qui paſſim re hac decipi & errare, ſolent.
qui quidem Rodrig. ibi num.30. cum Boërio
deciſ.68. num.5. & noſtrate Ioan. Garci. de
expenſ. c.23.num.47. verſ. aduerte tamen, affir-
mat, quòd ſicut iuſta cauſa litigandi excuſat
à condemnatione expenſarum, l. qui ſolidum
§. etiam. de leg.2. ita excuſat à mora, & per 142
conſequens à ſolutione valoris & æſtima-
tionis quanti plurimi, quod eſt notabile. de
quo vide Giurba d. deciſ.115. ſub num.2. vbi
alios citat ad hoc, quòd poſt cōſumptionem
veram vel fictam eorum æſtimatio quanti
plurimi non creſcat.

Illud autem inſuper attende, quòd con- 143
demnatus ad reſtituendum, certos modios
tritici, non expreſſa eius bonitate, victor,
cui eſt facienda reſtitutio, probare tenetur
bonitatem tritici mutuati, vel conſumpti,
quo non probante, debitor ſententiæ ſatisfe-
ciſſe dicetur, ſi etiam viliſſimum triticum
tradiderit, ex eleganti text. in l. ſi fideiuſſor.
ff. mandat. ibi, quodlibet triticum dando,
reum liberari poſſe, exiſtimo, licèt aliud ſit
dicendum in legati ſolutione.) optimè poſt
Gregor. Lopez in l.23. tit.9. p.6. verbo, ſemeian-
tes. Eſcobar de ratiociniјs. d.c.17. n.6.

Si autem rei liquidandus ſit valor, & ęſti- 144
matio per peritos, quæret exequutor exper-
tos in arte ad minus duos, qui probè de ea
re iudicare poſſint, iuxta auth. de non alie-
nand. aut permutand. §. quod autem. colu.2. qui
cuncta ſpeculatiuè, & diminutatim ſecun-
dùm temporum diſtinctionem debent per-
ſcrutari, iuxta ſpecialiter notata per Immol.
& Alexan. in l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. Ab.
in c. propoſuiſti. de probatio. & in c. fraternitatis,
de frigidis & maleficiatis. Angel. in l. compari-
tiones. C. de fide inſtrumen. & in l. iuriſiuran.
verſ. vlti. quæro. C. de teſti. Bart. in proœmio di-
geſtor. Bal. in l. hac edictali. §. ſi illud. C. de
ſecund.

ſecund.nuptijs.& in procœmio digeſto.verſ.ſed dubitet. Decius *in c.præpoſuiſti.num.*15. *de probatio.*latiſſimè proſequitur noſtras Ioan. Garci. *de expenſ.& meliora. cap.*24.*num.*19. *& ſuprà,* vide Anton. Gomez *tract.de contractib. c.*10.
145 *num.*2. & iſti æſtimatores nominati ſemel ſuſcepto negotio compelli poſſunt per executorem, ſi recuſent taxare, Bart. *in l.*1. §. *cura carnis.ff.de off.præfect. vrbi. & in l.*1.§.1.*ff. nautæ, caupon. & l.*1.*ff.furtim aduerſus nautas.* Bal.Salicet.& Alex.*in l.inuitus ff.de procurato.* Ioan.Garcia *vbi proximè à n.*24.

146 Ipſis tamen æſtimatoribus inter ſe diſcordantibus, exequutor (cui à iudice intelligitur, omne neceſſarium commiſſum)vel partes ad tertium eligendum, & in vnum conueniendum compellit, vel ipſe eligit. *l. item ſi vnus ff. de pactis.* & aduertit Ioan. Garcia
147 *vbi ſuprà num.*27. & ipſi poſſunt, vel ratione imperitiæ, vel inimicitiæ, aut alia iuſta cauſa recuſari, & debent executores partes de idoneis conueniendis,& cōcordandis compellere, ſecundùm Ioan. Garci. *eodem n.*27.
148 *verſ. quinimò poſſunt.* vbi quòd non concordantibus partibus iudex exequutor eligit (vt dictum eſt)& tenet B. *in l.creditores. ad fi. C.de pigno.* & idem Bart. *in l.*2. *C. de reſcin. vendi.* Pantaleo de Crema *in repeti. eiuſdem lib.*2. *C. de reſcin. vendi.* & conſentientibus tollitur omnis ſuſpicio, & difficultas, *l. fi.C. de arbitr. l. cum l. ff. eodem.* Baptiſta de ſancto Blaſio *de arbitrio.q.*69.

149 At à declaratione, & æſtimatione horum peritorum authore iudice, & comprobante, non datur appellatio ſuſpenſiua, cùm liquidatum in executione executioni mandatur, ac ſi in ipſa ſententia ſit expreſſum, quia pars eſt ipſius, iuxta Doctorum cateruam adductam per nos à num.7. cum ſeqq. & à prin. ſuperiùs, prout obſeruatur, de qua praxi etiam tenetur cum Ioan. Garci. *de expen.c.fi. n. fi. in nouiori impreſſione.* Eſcobar *de ratio. c.*33. *num.*25. & latiùs *à num.* 20. Apta. *de parti.*1. *p. cap.*4. *n. fi.* Parlador. *lib.*2. *rerum quoti.c.fi.*1.*p.*§.12.*n.*33.qui alios citant.

150 De natura æſtimatorum, & peritorum (vulgò dicti *alarifes*) à populo, & ciuitate electorum, & an recuſari poſſunt, vel ab eorum iudicio, & æſtimatione appellari, vide poſt alios latè per noſtratem Ioannem Garciam *de expen.& meliora.c.fi.à num.*22.

151 Ex his, quæ ſuperiùs dicta ſunt, animaduertendum erit, quod ſi ſententia rem aliquam adiudicet vincenti, intelligenda eſt etiam cum fructibus pendentibus, quantumuis de fructibus in ſententia nulla mentio facta fuerit, docet Bal. *in c.*1. *verſ. qui ex parte.verbo, ſuccedere, de pace conſtantiæ, in vſibus feudorum.* Matthæ. de Afflict. *deciſ.*138.*in prin.* Chriſtophorus de Paz *in tract.de tenuta tom.*1. *cap.*13. *num.*46. *& ſeqq.* & eſt optima
doctrina Bertran. *conſ.*8. *ex num.*1.*lib.*1. aſſe- 152
rentis, quòd quando dominium fundi in alium transfertur ipſo iure, accipi, & intelligi cum fructibus pendentibus, ſunt enim pars inſeparabilis ipſius rei, de quo videndus eſt Couarr. *lib.*1. *variar. cap.*15. *num.*1. Menoch. *de recuperan.poſſ.rem.*6. *à num.*45.*&*
*lib.*2. *de arbitr.cent.*3. *caſu* 258. *à num.*5. adeò 153
vt executio ſententiæ, quæ debet fieri in re, debet etiam fieri in fructibus pendentibus, per quandam conſequentiam, cùm inſeparabiles ſint ab ipſa re, & poſſeſſione, vt docent Matth.de Afflict. *deciſ.* 7. *num.*9. Menoch. *de adipiſ. poſſ. rem.*4. *num.*80. *& recuper. rem.*6.*num.*46.Cæſar Contar. *in repeti. l. vni. limi.*1. *num.*68. *&* 69. Chriſtophorus de Paz *in tract. de tenuta d. cap.*13. *à num.*47. & ſic exequutor in his fructibus pendentibus non excedet, ſententiam ſuper re principali tantùm latam,exequendo.

CAPVT XI.

Ab executore excedente de tempore ad tempus; an, & quibus caſibus (vbi ſinguli valde vtiles annectuntur) appellationi emiſſæ non deferens, vim faciat.

SVMMARIVM.

*Ab executore excedente de tempore ad tempus, appellationi interpoſitæ ſi non deferat, vim facit.n.*1.

*Executor exequendo ante tempus datum condemnato ad ſoluendum excedit.n.*2.

*Condemnatis decem dies dantur tam de conſuetudine, quàm iure regio ad ſoluendum, quos poteſt iudex ex cauſa abbreuiare aut ampliare ſuo arbitrio.n.*3.

*Excedit executor ſi dilatione aut conditione ſententiæ pendente exequatur.n.*4.

*Plus petere dicitur qui ante tempus petit.n.*5.

*Executor datus cum termino limitato, eo tranſacto ſi exequatur ampliùs,excedit.n.*6.

*Executor cum termino limitato ſi aliquem intra illud excommunicet,eo tranſacto non abſoluit. num.*7.

*Sententiam qua quis condemnatur ad rei reſtitutionem à litis conteſtatione ſeu occupatione, an poßit executor exequi in decurſis poſt ſententiam vſque ad actualem reſtitutionem.n.*8.

*Sententia eſt ſtricti iuris, & vltra non exequitur quàm in ea continetur, quia non expreſſum cenſetur omiſſum.n.*9.

Iudex an poßit condemnare reum ad vſuras decurrendas

*currendas poſt ſententiam ob moram debitoris.n.*10.

*Tractus futuri temporis ad iudicem non ſpectat. num.*11.

*Executoris poteſtas regulatur à poteſtate ſuperioris mandantis.n.*12.

*Executor non excedit ſi condemnatum ad rei & ſpeciei reſtitutionem cum fructibus, exequatur condemnatum in fructibus decurſis vſque ad ſententiam, ſed etiam in decurſis poſtea vtique ad actualem reſtitutionem.n.*13.

*Rotæ deciſio mirabilis refertur in propoſito, vbi condemnatus ad beneficij reſtitutionem cum fructibus compellitur præſtare fructus decurſos poſt ſententiam vſque ad actualem dimißionem.n.*14.

*Exequendi poteſtate carens executor, excedit in liquidatione fructuum tam decurſorum vſque ad ſententiam, quàm vſque ad tempus taxationis. n.*15.

Executor excedens fines mandati nihil agit. numero 16.

*Fructus in condemnatione nedum veniunt vſque ad ſententiam, ſed vſque ad paritionem ſententiæ. num.*17.

*Fructus poſt ſententiam in condemnatione veniunt, ſi fuerint à principio fructus, aut intereſſe petita. n.*18. *&* 31.

*Fructuum condemnatio etiam ſi facta non ſit niſi vſque ad ſententiam, poteſt executor decurſos poſt eam à tempore moræ exequi vſque ad actualem reſtitutionem.n.*19.

*Condemnatum ad intereſſe propter moram, an executor poßit compellere, & taxare intereſſe poſtea cauſatum ob moram paritionis ſententiæ. n.*20.

*Intereſſe iudicis officio debitum creſcit vſque ad executionem ſententiæ. n.*21.

*Condemnatus ad intereſſe propter moram ſoluendi vſque ad ſententiam, ſi poſt eam perſeueret in mora, actione iudicati tenetur ad illud etiam poſt ſententiam. n.*22.

*Condemnatum ad intereſſe debitum iure actionis, an poßit compellere executor illud præſtare decurſum etiam vſque ad paritionem ſententiæ.n.*23.

*Ad fructus decurſos vſque ad ſententiam, & ad decurrendos vſque ad ipſius paritionem poteſt iudex condemnare.n.*24.

*Fructus futuri ſunt acceßio coniuncta & non odioſa.n.*25.

*Pro fructibus tam naturalibus ex re, quàm annuis cenſibus & redditibus futuris, poteſt agi & ſubſequi iudicis condemnatio.n.*26.

*Iudex poteſt condemnare ad pecuniam debitam cum intereſſe lucri ceſſantis, puta hodie ad rationem vigeſimæ pendendæ, quandiu ſolutio ſatis differatur. n.*27.

Intereſſe lucri ceſſantis debitum ex ſententia, non eſt vſura, ſed aſſumit naturam ſortis. numero 28.

*Iudicium fundatum in principali de præſenti, poteſt extendi ad acceſſorium de futuro, prout in fructibus decurrendis.n.*29.

*Debitore cenſus conuento pro vno anno decurſo, ſi lite pendente maturauerit alius terminus, pro vtroque poteſt ſequi condemnatio.n.*30.

*Executor tunc poterit taxare & ſoluere fructus & intereſſe decurſos poſt ſententiam,& vſque ad eius paritionem, ſi appareant in iudicio fructus petiti. n.*31.

Fideiuſſor de iudicato ſoluendo an teneatur ad fructus decurſos poſt rem iudicatam vſque ad eius paritionem. n. 32.

*Condemnatum ad præſtanda alimenta alicui vſque ad pubertatem, an excedat executor, ſi illum compellat præſtare fœminæ vltra duodecim annos, & maſculo vltra quatuordecim. num.*33.

Pubertas in alimentis intelligitur in puella vſque ad 14.*in puero vſque ad* 18.*annum.n.*34.

*Verba ſemper retinent ſuam propriam ſignificationem ſecundùm ſubiectam materiam, etiam quantumcunque materia ſit ſtricta & odioſa. num.*35.

*Redditus annuos an debeat condemnatus à tempore primæ ſententiæ, quæ ad illos condemnauit ex tunc, vel à tempore vltimæ confirmantis.n.*36.

*Confirmatio nihil noui dat, nec auget diſpoſitionem, nec aliquod obſtaculum tollit.n.*37.

*Sententia referens ſe ad aliud, puta inſtrumentum aut ſententiam, plus non operatur quàm quod in relato continetur. n.*38.

*Actio non naſcitur ex ſententia confirmata, ſed ex confirmante. n.*39.

*Sententia confirmans retro non reſpicit. n.*40.

L. eos 2.*C.de vſuris rei iud. verba referuntur. n.* 41. *interpretantur. n.*45.

*Sententia confirmans referens ſe ad ſententiam, intelligitur cum ſua qualitate.n.*42.

*Sententia lata virtute inſtrumenti ad quod ſe refert, licèt agatur ex ſententia, tamen exequitur prout in inſtrumento cum omnibus qualitatibus. n.*43.

*L. furti, in prin. ff. de ijs quibus vt indignis. interpretatur.n.*44.

L. eos. 2. *C. de vſuris interpretatur.n.*45.

*Executor non excedit attendens tempus prioris ſententiæ ſpecialiter expreſſum per vltimam confirmatæ. n.*46.

*Condemnatus ad centum, & ſi non ſoluat intra tot dies, mittatur in exilium, termino tranſacto poterit iudex exequi pœnam comminatam ob non ſolutionem pecuniæ. n.*47.

Condemnatus ad centum, quæ ſi ſoluere noluerit, aut non potuerit, mittatur in exilium, quod ſit tempus expectandum ſolutionis præſtandæ,